



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XLVII. Impugnatione castri & Civitatis Elbingensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Gen. Ord. Teut.
Poppe de Osterna II. Magister Provincialis in Prussia.*

CAP. XLVI.

*De**Ædificatione Castrum Poldenberga.*

Fater Poppe Magister considerans dicti Ducis astutiam in hoc, quod castris se undique firmaret, præcavens periculis insuturum, in monte sito inter Civitatem nunc Colmensem & antiquum castrum, ædificavit castrum quod à nomine montis Potterberg nuncupavit, locans ibi XII. fratres, cum (a) multis armigeris. Hæc ædificatio facta fuit, ne Svantepolcus dictum montem ædificiis occuparet, & factus fuisset error novissimus peior priore.

ANIMADVERSIO.

(a) Quadraginta milites fuist impositos, scribit Auctor Chronicæ antiqui Germanico idiomate scripti in 4.

CAP. XLVII.

*De**Impugnatione castri & Civitatis Elbingensis.*

Svantepolcus Dux Pomeraniæ intelligens absentiam Fratrum & civium de Elbingo congregato magno exercitu ad impugnandum castrum & Civitatem ibidem processit, quo viso mulieres deposito ornatu muliebri, mentem virum induerunt & femur cingentes gladio moenia ascenderunt, tam viriliter se ad defensionem disponentes, quod nusquam ibi sexus fragilitas apparebat. Unde Dux astimans exercitum Fratrum & civium reversum, cum verecundia recessit. Nec credas hoc solum-

hic

Conradus Landgr. Thur. V. Mag. General. Ord. Teut.
Popo de Osterna II. Magister Provincialis in Prussia.

hic factum, sed plures in (b) aliis locis ubi in absentia virorum munitiones fuissent pericitatæ, si non restitisset audacia mulierum.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. XLVII.

(a) Referunt hoc Historici nostri ad An. 1244.

(b) Ob similem foeminarum Culmensium virtutem, Privilegium illud Culmense foemini in familia herciscunda favorable datum esse perhibetur. Qvamvis autem hujus rei in antiquis Scriptoribus firmum non reperiam fundamentum, confusè tamen hoc ipsum Dusburgensis hoc loco innuere videtur.

CAP. XLVIII.

*De**Quodam milite Swantepolci.*

Fuit quidam miles de familia Svvantepolci, qui fratres Domus Teutonicæ adeò formidabat, qvod viscera ejus contremuerunt, dum audiret eorum nomina recitari. Unde accedit hoc tempore, qvod idem Dux causa solatii secessit ad qvandam villam, & ad majorem gaudii exercitationem vocavit qvosdam, alios milites ad se & ait: Mittamus unum famulum ad campos, qui post primum ferculum festinus revertatur & referat fratres cum exercitu advenire, & videamus qvomodo iste miles timidus se disponat, qvod cum eis multum placeret, missus fuit nuncius ad hujusmodi negotium peragendum. Fratres quibus hoc proditum fuit, cum venissent non longe à dicta villa, nuncius jam exierat, & videns fratres cum armigeris venientes, stupefactus & præ nimio timore pallidus effectus, cum planctu magno & extracto gladio reversus ad Svvantepolcum, ait: Citò

T 3

fur-